



13277
LXXXVIII
1777, 18.
Q V A E S T I O
I V R I S C O N T R O V E R S I
D E
D A M N I A E S T I M A T I O N E
I N A C T I O N E D E P A S T V.

Q V A M
I L L U S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A
P R A E S I D E
D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G
P R O F E S S. P V B L I C. O R D I N A R. I V R. N A T. E T G E N T.
E T S O C I E T A T. L I T E R A R. D V I S B V R G E N S.
S O C I O
I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
D I E I V. M A R T. A N N O C I C C C L X X V I I .
D E F E N D E T
G O T T F R I E D S I E G I S M V N D P I T T E R L I N
B V D I S S E N S.

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

LAURENTIUS
GAVES TIO
LAURENTIUS CONTRAVERSI
DE
DAMNI AESTIMATIONE
IN ACTUONE DE PASTA
UTRASISTRICATORIA ORDINIS GRATIA
ET SOCIETATIS LITTERAR. DAIVAROMENS
D. CHRISTIANO HILDEBRANDINO
IN VADITORIO LAUDICO
Die IV. MART. ANNO CCCCCCLXXXVII
DEBENDET

GOTTFRIDUS DICENSIUS PITTRINI

BAVARIENSIS
LIPSIAE
EX OFFICINA ETIENNEI



17. *videlicet quae non sunt debita sibi sed ei sunt debita* 18.
19. *propter quae non sunt debita sibi sed ei sunt debita* 20.
deinde de eis quae sunt debita ei sibi non sunt debita 21.
Dicitur enim quod non sunt debita ei sibi non sunt debita 22.
DAMNI AESTIMATIONE
IN ACTIONE DE PASTV.

§. I.

Admodum curiosi fuere Romani in diuidi-
candis causis, quae ad damnorum resti-
tutiones tendebant. Non enim ad eas
species cura et Legum et iureconsultorum
fere extendebat, si ab homine damnum
datum, verum et illius quoque damni cu-
ram habuere iura, quae ab animantibus inferebantur.
Sic Aediles olim Curules per feras bestias feroce data
curarunt suo proposito Edicto. *Ne quis canem, verrem,*
minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem aliudue,
quod noceret, animal habeat in eo loco, ubi vulgo iter fit.
Hinc pro diversitate illati damni actio ab ipsis prodita,
scilicet



scilicet si damnum sit aestimabile, ut duplum resarciantur, si libero homini nocitum, ad id quod interest, si liber homo occisus ad CC solidos, quae contra animalis ferocis dominum, qui tale habebat contra edictum, teste VLPIANO in L. 42. π. ad Edict. aedil. qui ipsa Edicti verba actionem continentia exhibuit.

§. II.

Et quamvis Lege Aquilia damni dati ratio habita, vt pro diuersitate damni actio hac lege prodita sit, maxime si ab homine injuria damnum datum fuerit, tamen et interpretatione Iureconsultorum factum est, vt ad damna per animalia data in certis speciebus legis Aquiliae actionem concederent. Id scilicet factum est, quoties culpa aliquius praecedebat, vt per animalia damnum daretur. Ita sane exemplo probat VLPIANVS in L. 1. §. 4. π. si quadrup. paup. feciss. Ait: *Quod si propter loci iniuriam, aut propter culpan mulionis, aut si plus iusto onerata quadrupes, in aliquem onus euerterit: hacten cessabit: DAMNIQUE INIVRIAEE AGETVR.* Neque ab hac specie alienum est thema, quod tractat GAIUS in L. 8. §. 1. π. ad L. Aquiliam, quo et referenda causa, quam NERATIVS tractat in L. 54. π. eod.

§. III.

Alia denique ratio habita fuit damni a quadrupediis dati. Duplex vero fundamentum legibus continetur, quod diuersa peperit iura. *Aut enim damnum datur contra naturam quadrupedis, aut datur secundum ejus naturam.* Iam ipsis Decemuiri hac vtebantur distinctione:

Primum



Primum enim TABVL. VII. cap. I coercuit: SI QVADRVS
PES PAUPERIEM FAXIT, DOMINUS NOXIAE AFSTIMAM OF-
FERTO: SI NOLET, QVOD NOXIT, DATO. Alterum dam-
num. Cap. II. exhibet, quod tamen mancum est: QVI
PECV ENDO ALIENO IMPESCIT — — Hanc vero distin-
ctionem vtique obseruari, patet ex L. I. §. 7. π. Si qua-
drup. paup. feciss. Expressus enim scribit VLPIANVS: Et
generaliter haec actio locum habet, quotiens CONTRA NATV-
RAM fera mota pauperiem dedit.

§. IV.

Alia ergo obtineant, necesse est, si secundum natu-
ram damnum datum est. Si itaque pecus in alienas fru-
ges venerit, easque depascendo damnum dederit, secun-
dum naturam quadrupedis hoc damnum datum est.
Diuersa in hac specie causa est, si absque cuiusquam culpa
fruges depastae a quadrupedibus, ab ea causa, qua depa-
stae fruges a pecudibus a pastore vel alio immisis. At
iam quaestio venit, qua actione is, qui damnum passus sit,
experiatur atque contra quem illa actio instituenda sit.
Vtramque causam examinabimus.

§. V.

Si damnum a quadrupedibus secundum naturam
fruges depascendo datum sit, vbi vel pastoris vel alias
culpa concurrit, videlicet, qui in fruges immisit, VLPIA-
NVS in L. I. §. 3. π. de praescripti. verb. actionem, qua ad
damnum resarcendum agendum sit, definiuit. Ait enim:
*Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego im-
miso pecore depascam: Aristo scribit, non sibi occurrere legi-*



timam actionem, qua experiri possum; nam neque ex lege duodecim tabularum de pastu pecoris, quia non in tuo pastatur, neque de pauperie, neque de damno injuriae agi posse: in factum itaque erit agendum. Paret ex ipsis actionibus propositis, Iure consultum saltem distinguere: an fruges depascantur in suo, an in alieno. Si in suo pastura alteri nocitum sit, actionem concedit in factum forsitan ad legem Aquiliam, qualis ea est, quae apud NERATIVM in L. 53. n. Ad. lig. Aquil. adducitur. Sic in fundo alterius pastura alteri nocitum sit immisis pecudibus, locum esse adfirmat actioni quam de pastu decemviri dederant,

§. VI.

Ad quid? si nullus immiserit in alterius fruges pecudes, a quibus alteri damnum datum sit, an et ea specie agendum videatur, et qua actione is, qui damnum passus sit, experiri possit. Respicit ad eam speciem POMPONIVS in L. 39. §. 1. n. ad Leg. Aquil. Ait: Quamvis alienum pecus in agro suo quis deprehendisset, sic illud expellere debet, quo modo si suum deprehendisset: quoniam si quid ex ea re damnum coepit, habet proprias actiones. Sed quae illa actio, cum lex duodecim Tabularum de pecude in alienum fundum immissa agit, ex ipso Pomponio haud liquet: Putem, et de pastu pariter actionem dandam esse. Causam in hac quaero; quia semper domino aliqua culpa tribuenda, qui suo quasi arbitrio pastum pecudis reliquit, qua negligentia effectum est, ut pastu alteri damnum venerit. Sed quae differentia inter actionem in factum sit et de pastu ex eo patet, quod in factum actio detur contra eum, qui pecus immisit,



immissit, cum actio de pastu contra dominum ipsius pecudis detur.

§. VII.

Sed iam noua oritur quaestio: quo scilicet modo damnum illud depascendo datum, sit aestimandum. Nulla sane dubitatio superesse videretur, esse per peritos oeconomos damnum aestimandum. Sed de hoc ambigendum: utrum aestimatio tantum facienda secundum temporis rationem, quo contigit quoque passus est damnum, an contra futuri temporis ratio habenda. Prouocant plerumque ad PAVLVM in L. 138. §. 1. π. de Reg. Jur. qui expresse adsfirmat: *Nunquam crescere ex post facto præteriti desidiæ aestimationem:* atque ad CAIVM in L. 4. π. arbor, furt, caesar. qui scribit: *Certe non dubitatur: si adhuc adeo tenerum sit, ut herbae loco sit; non debet arboris numero habere.* Sed neutra autoritas quidquam efficit ad nostram speciem, quae frugum tantum habet rationem. Contra STRVVIVS in Euolut. Controv. ad L. IX. Tit. 1. prouocat ad CAIVM in L. 3. π. si quadr. paup. feciss. ex quo capite probaturus est, futurae messis rationem habendam, quia in eo scriptum: *impensarum in curationem factam et operarum amissarum aestimationem præstandam.* Sed non obseruavit: agi in hoc capite de libero homine vulnerato, qui, cum aestimationem non reciperet, impensas sanationis et aestimationem operarum amissarum et ad quas postea inutilis factus, exigere posse. At, quid hoc ad fruges?

§. VIII.



§. VIII.

Qua propter arbitor, distincte in aestimatione herbarum et frugum depastarum esse pergendum. Nam si contingat, ut fruges herbaeque non messis causa, sed paubli ergo satae sint, atque in his per pastum alterius pecudis damnum datum; praesentis tantum temporis ratio habenda, quia nulla futuri lucri ratio adest, cum ad praesentem usum satae sint. At si fruges futurae messis causa satae sint, eaque pastu obueniente frustretur, praesentium frugum non dum poterit aestimatio aliqua esse, quum praesentis usus causa sata non sunt. Necesse ergo, ut futurae messis, cuius causa satae, ratio habeatur, ex messe enim tunc demum damnum emergit. Neque aestimatio hic sit praeteriti delicti, sed saltet tempus expectatur, a quo vera aestimatio damni fieri potest.



Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle
004 568 583

3



sb:

f

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

XVIII
VAESTIO
CONTROVERSI

1777.18.

D E

ESTIMATIONE
ONE DE PASTV.

Q V A M

ORVM ORDINIS GRATIA

R A E S I D E

JO HENR. BREVNING

ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

ORIO IVRIDICO

T. ANNO CICLOCLXXVII.

F E N D E T

EGISMUND PITTERLIN

D I S S E N S.

LIPSIAE

INA LANGENHEMIA.